

QVÆSTIO XIV.

Quare Dominus discipulis suis suo præcepto non mandat, ut se habeant ut sal, & lux?

99. Difficultas questionis.

IT Dominus suis discipulis: Vos estis sal terra, vos estis lux mundi; cur eis sub præcepto non jubet, ut in prædicatione totius universi se habeant, ut sal condiendo hominum mores, & ut lux eorum mentes illuminando? Respondeo primò, quòd in eo, quod Dominus eis manifestat dignitatem, in qua erant constituti: ubi intimatur præceptum ejus personibus, ac oneribus satisfaciendi, ut proximè dixi superiori quæst.

100.

Secundò, Dominus suis discipulis proponit honorum culmina, ad quæ eos evexerat, ut totius orbis essent sal, & lux; non tamen ad hujusmodi munera præstanda eos astrinxit præcepto; eligens magis, sibi devinctos, ac obligatos habere ut gratos tanto beneficio accepto, quam obediens suis legibus, & mandatis. Obediens valde promptus in exequenda Domini jussione; sed animus gratus, voluntate valde paratus, ac diligentia expeditior; memoria enim, beneficij ad omnia peragenda alas addit velocissimas.

Animus gratus diligentior, quam obediens.

101.

Cùm Angelus Raphaël Tobie seniori, ac juniori se manifestaret, parenti senio jam cõfecto ait: Quando orabas cum lacrymis, & sepeliebas mortuos; & derelinquebas prædium tuum, & mortuos abscondebas per diem in domo tua, & nocte sepeliebas eos; ego obtuli orationem tuam. Tob. 12. num. 11. Angelus bona Tobie opera commemorat, quòd demortuis dabat sepulturam, & Deum quotidie exorabat. Cur Angelus solum dicit, quòd ipse coram Domino orationem ejus offerebat? Cur etiam in demortuis tumulandis eximium charitatis opus non deferebat? Raphaël cum Tobia loquens multo diffusior est verbis in extollenda ejus erga defunctos misericordia, quam in ejus oratione laudanda. Derelinquebas prædium, abscondebas mortuos per diem, nocte sepeliebas. Cur ergo etiam Angelus hæc tam magna non obrulerat? Cœlestis ille spiritus à Deo missus erat, ut de Tobia curam ageret ac demortuis accepto sepulturæ beneficio erat maximè devinctus; quamvis cœlestes administratorij eximia celebritate polleant in obeundis negotiis à Deo sibi commissis; gratus tamen animus multo velocior; & quando Raphaël ad agendum circa Tobie opera ad Dei thronum accedebat; jam gratus demortui animus ipsum præoccupabat, acceptum offerens beneficium, ut pro benefactore suo precaretur. Et ita Angelo solum restabat, ut circa Tobie orationem munus suum perageret Favet D. August. serm. 226. de tempore, alias in Appendice 65. Defuncto, ait, capivovitatis sepelire non sinuisti, Tobia. Ascenderunt ad Dominum opera tua, quia relicto prædicio dedisti mortuorum sepultura. Ipse sepulchrum pro vobis vocis voce proclamavit.

Gratus velosior Angelo.

August.

102.

Mandat Dominus Moyse, ut vadat ad Pharaonem, eique exponat legationem suam, ut dimittat populum Israël. Moyse verò multis verbis, multisque se excusat rationibus, multaque

opponit objectiones, ut ab illo se munere eximat, ut patet ex cap. 3. & 4. Exod. Et tamen postea ait Deus, Ecce constitui te Deum Pharaonis, Exod. 7. num. 1. Statim absque ullo opposito verbo, sine replica, cunctatione nulla agreditur negotium, ingrediturque ad Pharaonem, ad suam legationem exponendam. Fecit namque Moyse, & Aaron, sicut præcepit ei Dominus, ibidem n. 6. Cur Moyse, qui antea pro repellendo officio tot, ac tantas excusationes afferebat, modò, ut se Deum Pharaonis audivit constitutum, nec unum verbum profert, sed negotiorum se committit, & ad Regem pergit? Moyse obediens erat, & valde gratus in donis acceptis: quamvis tamen obediens, maximè intentat, negotium à se dimittere, quod ei mandatis Domini imponebatur; Vade ad Pharaonem: Ingredere ad Pharaonem. Tanquam gratus autem, ut magnum sibi collatum agnovit honorem: Constitui te Deum Pharaonis; tanto munere pigneras, absque ulla cunctatione, quod sibi mandabatur, totum exequitur: diligentior sanè, ut gratus tanto beneficio accepto, quam ut obediens in mandatis injunctis, Lippoman. postquam multis explicat, quòd Moyse Deus Pharaonis erat constitutus, ait Fecit Moyse, & Aaron, sicut præcepit illis Dominus. Jam pariter obsequuntur fratres Domino, & diligenter, & forisiter pro fratrum salute discrimini se committunt. Expende illud, Jam pariter obsequuntur; non quando obiectum est præceptum, sed quando propositum magnam beneficium.

Exod. 7.

Gratus obediens velocior.

Lippom.

QVÆSTIO XV.

Quare luci offuscata non imponatur pena; sicut assignatur sali infatuato?

ALI infatuato præscribitur pena; projiciatur foras; & in hominum conculcationem abibit: at verò luci obtenebratae nil mali pronuntiatur; sicut enim sal suam acrimoniam dimittendo evanescit; ita & lux splendorem, ac claritatem suam deperdendo obtenebratur. Cur verò illic pena auditur; hic verò minimè?

103. Difficultas questionis.

Respondeo primò juxta D. Chrysostomum, Albertum Magnum, S. Thomam, quòd sal vitam, bonamque morum dispositionem denotat in Prælati, ut supra dixi: at verò per lucem doctrinam, & prædicationem significatur. Sali infatuato castigatio assignatur, non verò luci offuscatae. Per hæc nobis Dominus commendat, quam necessaria sit in Præfule vitæ probitas. Nam quòd aliquando Prælati sit remissus in docendo, ac exhortando populum ad viam virtutis, quid mali est; tempus emendationi concedatur: at verò quòd in Prælato deficiat actionum rectitudo, morum honestas, quid omnino intolerabile; statim projiciatur foras, conculcationi tradatur, ne pessimam suam mali exempli contagione totum gregem inficiat.

104. Chysoft. Alb. Magn. S. Thom.

Vite probitas in Prælato maxime necessaria.

105.

Secundò, In sale, si evanuerit, ac fuerit infatuatum denotantur peccatores, qui per vanam gloriam vitæque inveterata evanescunt, & à suo debito sine discedunt. At in luce adumbrantur justii, à Deoque electi, qui virtute, bonisque operibus

operibus irradiant. Optima ergo dispositione prædicatur pena sali infatuato, quæ non assignatur luci offuscatae: nam hoc est discrimen inter sal evanescens, & lucem obtenebratam, quòd si sal suam acrimoniam perdidit: in sua putredine remanet, at verò lux, si caligine noctis obscuretur, statim sequenti die perlicida, & novo splendore exoritur. Ira se res habet inter electum, & reprobum; inter justum, & peccatorem. Nam reprobis, ac peccator evanescens omni bono, & infatuatus, suisque peccatis obfirmatus, in eis consensescit, ab eisque non vult desistere, nec emendari: & ideo ad nihilum valet, nisi ut mittatur foras. At verò justus, & electus, qui ut lux refulget, si aliquando, ob nostram imbecillitatem, peccati tenebris opprimitur, non ibi sitit, non ibi consensescit jacet; sed per contritionem fulgore efficaci divinæ gratiæ perlicidior, splendidiorque exurgit, & procedit, ac antea apparebat.

Peccator in vitiis suis consensescit, ac electus si aliquando peccat, statim resurgit.

106.

Tertiò, Expende. Sali infatuato vindicta paratur: at verò luci non solum pena non prænuntiatur, verum etiam præmium apponitur. Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videam opera vestra bona, & glorificem Patrem vestrum, qui in calis est. Lux honorum operum vultorum ita in omnium oculis perfulgeat, ut omnes exurgant in Dei laudes. Unde tantum discrimen? In sale infatuato significatur peccatores, per jactantiam, vanam gloriam, ac alia vitia infatuati: at verò in luce exprimentur justii. Meritò ergo illic tam dura castigatio, hic verò tantum præmium apponitur. Quia peccatores, ut respiciantur, supplicis, ac castigationibus trahuntur, ac compelluntur: at verò justii, ut perseverent, novòque proficiant justitiæ fructus, proposita Dei gloriæ, ac magnis præmiis ostensis excitandi sunt, atque movendi.

Peccatoris trahuntur supplicis: justii favoribus, & præmiis.

107. Luc. 22.

In ultima cœna agens Dominus de proditore Juda ait: & homini illi, per quò tradetur, Luc. 22. n. 22. Et statim conversus ad suos discipulos, multa cum eis loquens, inquit: Ego dispono vobis; sicut disposui michi Pater meus, regnum, ibid. n. 29. Cur proditori minatur pena; Apollolis verò indicitur regnum; Si Apollolis, ut perseverent in justitia, regnum promittitur; cur idem non pollicetur proditori, si à sua nequitia desistat? Vel si Judæ prædicatur pena mali, cur eadem etiam in electos non fulminatur, si à justitia recesserint? Iniquus, ut moveatur ad nequitiam deponendam, non est amore virtutis, sed supplicij metu trahendus. Probus autem, ut in justitia persistat, regno, præmioque alliciendus est, ac laudendus. Theophylactus. Proditori, ait, adjudicatum est, illorum autem, qui permanserunt in amore erga illum tantum prædixit fore honorè, ut si permansissent in charitate, ac non perdidissent. Vide supra cap. 10. num. 53. 54. 55. & 56. & lib. 3. c. 2. num. 28.

Theophyl.

QVÆSTIO XVI.

Quare Apostoli dicantur civitas supra montem posita?

180.

PROSEQUITUR Dominus tertiam partem comparationis. Ecclesiæ Præfules vocavit

sal, deinde lucem; nunc tandem civitatem supra montem. Primò exhortatus est eos Dominus ad debitam sui muneris executionem adimplendam; proposita certitudine dignitatis, quæ eis conferretur, quòd essent sal, & lux totius mundi. Nunc autem eos pigneras, ac cohortatur ad diligentiam bene vivendi, ac suo muneri satisfaciendi, objecta eorum propria auctoritate, ac opinione, quæ de eis habenda est. Non sunt, ut ait Chrysostomus homil. 16. in angulo constituti, sed ante omnium oculos positi, omnium dicitis, omniumque sententiis expositi. Ac proinde Prælati, Sacerdos rectè officio suo fungatur; ac sententiis civitas supra montem posita. Unde ait D. Paschasius lib. 5. in Matth. Non potest civitas supra montem præminentem posita se abscondere, ne bene, aut male cum se fecerit, immutescat. Et ad hunc sensum dixit Ildorus lib. 2. de somno cap. 18. Quod minoribus ignoscitur, majoribus imputatur.

Chysoft.

Dignitas omnium oculis ac sententiis ac posita. Paschas.

Ildor.

Secundò, Adricomus in theatro Terra sancta, in tribu Levi, sic ait: Sacerdotes Levitici generis eas urbes incolabant, quæ in aliis tribubus in montibus sitæ erant, quò commodius, cum sanctissima vita genere, sive exemplo, tum salvari disciplinam populum universum à secularibus tenebris liberarent, & cultu peccatis condarent, atque ita omnes, aut sanctos, aut minus malos redderent. In figura Leviticis hæc est cancella prærogativa, quæ postea in rei veritate Apollolis data, ut essent civitates super montem; tam quia mons aptus ad doctrinam locus, & ita Christus, ut doceret, montem ascendit, Matth. 5. 8. Tum quia in monte, ante omnium oculos positi, exemplo suo rectè vivendi essent, aliis documentum ad justitiam amplectendam, deponendamque nequitiam.

109. Adricomi

Levitici in monte morantur, ut alius suo docerent exemplo.

Tertiò, Albertus magnus satis late explicat, quòd Prælati sit civitas super montem posita. Nam civitas est civium unitas; ita Prælati sit suorum unio; maximè incumbat, omnes suos amore ac charitate conglutinari. Est civitas omni virtute bene murata, habens turres, & propugnacula veritatis, sanctæque doctrinæ. Turris David, quæ edificata est cum propugnaculis, mille elypei pendunt ex ea, Cantic. 4. n. 4. Sit civitas murata cum propugnaculis, ut omni pro suis periculo se objiciat Ezech. 13. n. 5. Non ascendistis ex adverso; nec opposuistis vos mutuum pro dono Israël. Super montem edificata in eminentia sanctitatis; in activa, & contemplativa vita, Jerem. 3. n. 23. Benedicat tibi Dominus, pulchritudo justitiæ, mons Sion. Ex quo pulchre Prælatos pungit Tertullianus lib. de cultu sceminar. cap. 13. Ad quid nos Tertull. Dominus lumen terræ vocavit? Quid civitatis super montem constituta comparavit, si non vellemus in er tenebras, & extamus inter amentos? Hoc est Prælati super montem mergimur ibique extamus, atque ab ipsa imas erigat. conditione non egerimur.

110. Albert Mag.

Prælati sit suorum unio.

Cantic. 4.

Ezech. 13.

Jerem. 31.

Prælati super montem erigat.

Quartò, D. Augustinus in lib. 16. contra Faustum, c. 17. Sicut petra Christus, ait ita & mons Gbristus. Petra humilis, fortitudo; mons eminens, magnitudo; quia, sicut Apostolus ait; Petra autem erat Christus, & ipse Dominus: Non potest civitas abscondi supra montem posita, sicut scilicet montem, fideles autem suos, in sui nominis gloria fundatos, asserens civitatem. Apollolici homines humiles;

111. August.

Qui in no- mine Jesu fundantur, maximè ex- crescent.

miles, contemptibiles, & ignobiles, unde ita ex- crescere potuerunt, ut civitas, supra montem po- sita dicerentur? Fideles suos, in sui nominis gloria fundatos, afferens civitatem. Fundati sunt Apostoli in nomine Jesu, fundati sunt in Christo, qui mons est; & cum invitantur in divinis nomi- ne Jesu, exinde quilibet eorum exurgit, ac con- surgit in amplissimam, ac valde speciosam civi- tatem.

112. Isala.

Quindò B. Isaias Abbas orat. 7. de virtutibus, In hoc studium, ait, diligenter incumbamus, ut Dei sermonem servemus; & labores nostri erunt; veluti civitas fortis, ac munita, qua nos custodiet ab omnibus inimicis nostris. Hac enim fiducia si erimus muniti, omnes inimici ejus per montem ser- monis Domini dissipabuntur. Vocavit Dominus sal, lucem; modò civitatem super montem posi- tam appellat: ut denotaret, quòd ille, qui pro- prio virtutis studio, suæque obligationi, atque proprio muneri incumberet, & ad Domini ser- monem servandum totus esset intentus, quam- vis parvus, & humilis; ita adangendus erat, ut in magnam civitatem, maximèque munitam effor- maretur.

113. Idem.

D. Thom. Paschas.

Albert. Mag.

Psal. 86.

Psal. 124.

Generard.

Incogn. Lorin.

Contra dig- nitatis tem- pestates.

August.

Fundati in

justitia nihil

timeant.

Job. 29.

114. Præful tene- tur suos, bona que sua emittit in eos.

Psal. 103.

Lorin.

Sextò, Ex iisdem S. Abbatis verbis colligo, quod etiam docent D. Paschasius lib. 3. in Math. S. Thomas, Albertus Magnus, & alij; quod civi- tas super montem, est valde firma, & secunda; & ita Jerusalem, ut munita esset, atque inexpugna- bilis, super montes erat extructa. Psal. 86. num. 1. Fundamenta ejus in montibus sanctis. Psal. 124. n. 2. Montes in circuitu ejus; ut advertunt Gene- brardus, Incognitus, Lorinus, & alij. Postquam sal terræ, & lucem mundi dixit, civitatem supra montem nuncupat. Quia, si ob tam magnam salis, lucisque dignitatem multæ in eos con- trarietates, adversitatesque erant commovendæ, nihil ideo eis timendum, sunt enim civitas super montem valde munita. Et ad majorem firmita- tem nota, quisnam sit ille mons? D. Augusti- nus lib. 1. de serm. Domini in monte. Fundata su- per insigne, magnamque justitiam, quam signi- ficat etiam ipse mons, in quo disputat Dominus. Ad majorem sit mitatem dicitur civitas sita super montem, qui est mons justitiæ. Nam qui justitia enitentur, nullas oppositiones, nullas tempesta- tes vereantur, sed omnibus inconculso; & firmo stent animo. Job veluti reddens rationem, quare in tantis calamitatibus tanta firmitate, ac robore persistebat, ait: Justitia indutus sum, Job. 29. n. 4. Septimò, Civitas in monte constituta valles, ac loca depressa protegit, ac defendit; cælestes aquas & affluentias, non in se continet, sed in inferiora loca dimittit; talis & sit Ecclesiæ Præ- sul in monte dignitatis est collocatus, ut hu- miles, abjectos, ac inferiores patrocinetur; & fo- veat; affluentias, pingues redditus, ac suæ digni- tatis commoda, non sibi retineat, sed in suos di- vidat, atque diffundat. Qui emittit fontes in con- vallibus. Potabunt omnes bestie agri, Psal. 103. num. 10. Latè ibi Lorinus totum explicat in rem nostram, Commendat, ait, Dei sapientiam, & provi- dem a, qua oculis montium venis aquarum scatu- rive fontes fecerit in valles. Ex montibus, hoc est, ex majoribus, ut prosequitur, deducit honorum fluentia in abjectos, & tunc omnes bestie agri, hoc est, pauperes, & humiles potabunt, & saria- buntur.

confessorum, Episcopi super Ecclesiam, ait, sicut civitas super montem, qui si pulchri fuerint, & sui ordinis decorem, & honestatem tulerint, veneran- tur ab omnibus, mirantur, & laudantur ab omni- bus. Civitas in monte, si pulchra est, omnium ad se oculos rapit, omnibus in veneratione est. Ita Episcopi, si virtutis decore fallerint, ob emi- nentiam suæ dignitatis sunt civitas super mon- tem, cunctis conspicui, omnibusque in cultu, & veneratione. Non dixit Dominus: Vos estis oppidum, vel aliquis parvus locus; sed civitas, quæ est amplissima, & omnibus in summa vene- ratione, tam ratione sui, quam ob loci eminentiam.

Videt Joannes in sua Apocalypsi, similem filio hominis inter septem candelabra aurea. Et ha- bebat in dextera sua septem, Apoc. 1. n. 16. Apoc. 1. Et tandem ipse Dominus totam visionem expo- nit, ut ait Joanni, Sacramentum septem stellarum, quas vidisti in dextera mea, & septem candelabra aurea: septem stelle, Angeli sunt septem Ecclesiarum, ibid. num. 20. Ubi multa notatu digna ve- niunt. Primò, cur Episcopi vocentur Angeli, Secundò, cur candelabris aureis, ac stellis in dex- tera Domini conferantur. Tertio, cur ipse Do- minus dignatus est, visionem hanc per se expli- care. Sacramentum septem stellarum, Angeli sunt septem.

Episcopi vocantur Angeli. Nonne erat clarius, exprimeret nomen Episcopi, nomen Præfatis? Ad quid sub nomine Angeli significantur? Ansberr. Prælati ho- novandi, ut Angeli. Quamvis Ecclesiarum pastores, sint homines, in tanto honore vult Dominus ut habeantur, tanquam Angeli, natura superiores, & tanquam spiritus Angelici cælestis curæ. Per candelabra aurea, per stellas in dextera Domini, significatur isti Angeli Ecclesiarum. Dicuntur candelabra aurea, ob puritatem, ut docent Rupertus, & Richardus, Rupert. Stella nuncupantur ob fulgorem virtutis, ut Richard. tradunt D. Ambrosius, Averas, & alij. Et in dex- tera Dei apparent, qui locus pertinet ad Sanctos, & justos, ut notant hic Primasius, & Ansberrus, Primas. Electi ad dexteram constituantur. Ma th. 25. Ansberr. num. 33. Atqui in his Episcopis erant aliquot defectus reprehensione digni, ut patet ex ca. 2. & 3. Quomodo ergo comparantur candelabris aureis ob puritatem; cum stellis, ob fulgorem, virtutis; & in dextera Dei, ob justitiam? Sunt Ecclesiarum pastores, quamvis aliquot defecti- bus coinquinati, tamen honorandi sunt, ut puri, ac immundi; & ut stellæ, fulgentes, non in quo- libet loco, sed in dextera Dei. Unde ait Andreas. In dextera Dei, hoc est, in supremi honoris statu. Tandem Dominus explicat per se hanc visionem, ut optime notavit Ansberrus: Sacramentum se- ptem stellarum, Angeli sunt septem. Hoc valde mirum. Multa, & abditissima mysteria conti- nentur in hoc libro Apocalypseo, quæ Dominus per se non enucleat, sed judicio, ac sententiis doctorum relinquit. Et tamen, quod hæc visio ad septem Angelos pertinet, ipse per se explanat. Ad eum enim ipse affectat, ut nobis sit insinua, ac mente reposita reverentia pastoribus debita, quòd ea, quæ hanc venerationem commen- dant, non alteri committat, sed ipse per se ex- plant.

QUESTIO XVII.

Quare Apostoli dicantur civitas, cum sint illius fundamenta?

118. Hugo. Difficultas quaestio- nis. Psal. 86.

Ephes. 2. Apoc. 21.

D. Thom. Hugo.

119. Apostoli Ec- clesiæ funda- menta repræ- sentant.

Danti princi- pium, totum esse res ad- scribendum

120. Maphæus.

Gen. 35.

Chrysof.

121. In celebri illa statua explicat Daniel quatuor orbis Imperia, nempe Chaldaeorum, Persarum, Græcorum, ac Romanorum. Et cum de Chal- daico Imperio verba facit, inquit Nabuchodonosor: Tu es Rex Regum, & Deus cæli, regnum, & fortitudinem, & imperium, & gloriam dedit tibi, & omnia, in quibus habitant filij hominum, Daniel. 2. n. 32. Illud hic facit ad quaestionem: Cur inter tam præclara Imperia de Babylónico Rege tam magna eogia divulgantur, ut ipse so- lus dicatur Rex Regum; & quod Deus ei dede- rit regnum, fortitudinem, imperium, & glo- riam; cum ejus imperio subjæta non fuissent, nec tota Europa, nec tota India, nec multæ aliæ provinciæ, ut docet Benedictus Pereira lib. 2. in Daniel; quas tamen, saltem ex majori parte vi- detur sub sua ditone habuisse Græcus, & Ro- manus; Cur ergo neuter horum dicitur Rex Regum, sed Babylonicus? Primò omnium Regum in universo mundo extitit Nemrod in Ba- bylonia, ut docent Abulensis, Hugo, Corne- lius à Lapide, & alij ad cap. 10. Genes. num. 9. Cornel. Nemrod robustus venator coram Domino, fuit autem principium regni ejus Babylon. Cum ergo in Baby- lonia fuerit primum regnum, ibi data prima re- gnandi forma, & ad ejus imitationem alia mun- di regna in orbe creverint, bene inter alios Mo- narchas Babylonicus nominatur Rex Regum, & datur ei imperium, & fortitudo, & gloria. Cum enim ab ipso tanquam à causa exemplari alia surrexerint regna, ac modum regnandi ac- ceperint; bene omnium gloria ipsi refertur, ut ille Rex Regum solus scribatur.

Hanc dubitationem movet Cardinalis Hugo, Quomodo, ait, Apostoli dicuntur civitas, cum non sint civitas, sed funda- mentum civitatis; siquidem civitas est Eccle- sia, de qua dicitur Pl. 86. n. 3. Gloriosa dicta sunt de te civitas Dei, Apostoli vero fundamenta. Unde ib. n. 1. Fundamenta ejus in montibus sanctis; id est, Apostolis. Ad Eph. 2. n. 20. Superadificati super fundamentum Apostolorum. Apoc. 21. n. 14. Et murus civitatis habens fundamenta duodecim, & in ipsis duodecim, nomina duodecim Apostolorum. Respondent D. Tho. & Hug. ad quaest. Inellige nomine totius partem, nomine scilicet civitatis, funda- mentum; ac proinde per figuram Rhetoricæ ponitur totum pro parte, civitas pro fundamento. Respondet primò ad quaestionem, quòd Apo- stoli absolute comparantur civitati, ob rationes datas superiori quaest. Secundò, Si Apostoli con- ferantur cum Ecclesia, dicuntur ipsa civitas; nam ipsi maximè laboraverunt in exordio militantis Ecclesiæ, eamque fundarunt per totum terrarum orbem. Qui enim alicujus ædificij ponit ex- ordium, jacet fundamentum, totum ipsi adscri- bitur ædificium, totum ei assignatur, atque re- fertur. Et cum Apostoli radicati in Christo, tan- quam in capite, apposuerunt Ecclesiæ funda- menta, totam ipsi Ecclesiam expriment, ac re- præsentant.

Vulgare est adagium, & etiam dixit Maphæus Laudensis lib. 2. de educatione: Qui principium dat, totum esse rei præstat. Numeratis duodecim filiis Israël, ait sacer textus Genes. 35. n. 26. Hi sunt filij Jacob, cui nati sunt ei in Mesopotamia Syria. Unde gravis exoritur quaestio apud Expo- sitores, quomodo hæc duodecim pignora Jacob dicantur in lucem data in Mesopotamia, cum ex eodem cap. à num. 16. aperte constet, quòd Ben- jamin ex materno utero exierit in Bethlehem? Quomodo ergo in Syria solo dicitur natus? Re- cte Chrysostomus ibi. Quare dicit Scriptura: Qui nati sunt ei in Mesopotamia; cum Benjamin longe postea natus sit, cum jam transisset Bethel, & appropinquaret Bethlehem? quia Ra hel ante egressum ex Mesopotamia conceperat ipsum. Verum est, quòd junior filius dilectissimus vidit lucem in Bethle- hem; at cum ei in Mesopotamia, in qua concep- tus, principium ejus fuerit concessum, meritò ibi dicitur natus. Quia unde suum res initium obtinet, inde totum suum esse habere probatur. Et bene gloria filiorum Israël Mesopotamiæ ad- scribitur, in qua omnes sua initia habuere.

In celebri illa statua explicat Daniel quatuor orbis Imperia, nempe Chaldaeorum, Persarum, Græcorum, ac Romanorum. Et cum de Chal- daico Imperio verba facit, inquit Nabuchodonosor: Tu es Rex Regum, & Deus cæli, regnum, & fortitudinem, & imperium, & gloriam dedit tibi, & omnia, in quibus habitant filij hominum, Daniel. 2. n. 32. Illud hic facit ad quaestionem: Cur inter tam præclara Imperia de Babylónico Rege tam magna eogia divulgantur, ut ipse so- lus dicatur Rex Regum; & quod Deus ei dede- rit regnum, fortitudinem, imperium, & glo- riam; cum ejus imperio subjæta non fuissent, nec tota Europa, nec tota India, nec multæ aliæ provinciæ, ut docet Benedictus Pereira lib. 2. in Daniel; quas tamen, saltem ex majori parte vi- detur sub sua ditone habuisse Græcus, & Ro- manus; Cur ergo neuter horum dicitur Rex Regum, sed Babylonicus? Primò omnium Regum in universo mundo extitit Nemrod in Ba- bylonia, ut docent Abulensis, Hugo, Corne- lius à Lapide, & alij ad cap. 10. Genes. num. 9. Cornel. Nemrod robustus venator coram Domino, fuit autem principium regni ejus Babylon. Cum ergo in Baby- lonia fuerit primum regnum, ibi data prima re- gnandi forma, & ad ejus imitationem alia mun- di regna in orbe creverint, bene inter alios Mo- narchas Babylonicus nominatur Rex Regum, & datur ei imperium, & fortitudo, & gloria. Cum enim ab ipso tanquam à causa exemplari alia surrexerint regna, ac modum regnandi ac- ceperint; bene omnium gloria ipsi refertur, ut ille Rex Regum solus scribatur.

Tertio, cur Episcopi vocentur Angeli, Secundò, cur candelabris aureis, ac stellis in dex- tera Domini conferantur. Tertio, cur ipse Do- minus dignatus est, visionem hanc per se expli- care. Sacramentum septem stellarum, Angeli sunt septem.

rit regnum, fortitudinem, imperium, & glo- riam; cum ejus imperio subjæta non fuissent, nec tota Europa, nec tota India, nec multæ aliæ provinciæ, ut docet Benedictus Pereira lib. 2. in Daniel; quas tamen, saltem ex majori parte vi- detur sub sua ditone habuisse Græcus, & Ro- manus; Cur ergo neuter horum dicitur Rex Regum, sed Babylonicus? Primò omnium Regum in universo mundo extitit Nemrod in Ba- bylonia, ut docent Abulensis, Hugo, Corne- lius à Lapide, & alij ad cap. 10. Genes. num. 9. Cornel. Nemrod robustus venator coram Domino, fuit autem principium regni ejus Babylon. Cum ergo in Baby- lonia fuerit primum regnum, ibi data prima re- gnandi forma, & ad ejus imitationem alia mun- di regna in orbe creverint, bene inter alios Mo- narchas Babylonicus nominatur Rex Regum, & datur ei imperium, & fortitudo, & gloria. Cum enim ab ipso tanquam à causa exemplari alia surrexerint regna, ac modum regnandi ac- ceperint; bene omnium gloria ipsi refertur, ut ille Rex Regum solus scribatur.

QUESTIO XVIII.

Quare Apostoli dicantur civitas, quæ ab- scondi non potest?

PRIMA solutio quaestiois, & sensus ger- manus sanctorum Patrum est, quod sicut civitas super montem constituta, cum sit ante omnium oculos, abscondi non potest, sic nec vos discipuli mei poteritis occultari, quod optime explicat Euthym. Per hanc, ait, para- bolam ad vitam perfectionem, ac munitionem ipsos in- ducit, & certaminum præfatos esse jubet, tanquam sub omnium oculis in posterum ponendos, & in me- dio hujus mundi teatro certantes. Non potest, in- quit, civitas abscondi super montem posita, nec vos occultari poteritis in doctrina altitudinis collocati. Reliquum est igitur, ut solliciti sitis, quomodo gubernetis, ut aliis oculis in vos figentibus, opti- mum sitis exemplar vita, ac doctrina.

Secundò, Ad quaestionem respondet Chry- sostomus homil. 15. in Matth. Omni tuba, ait, documenta sunt operum clariora, vitæque munda ipsa est luce fulgentior, nec obscurari poterit, etiam si innumeri fuerint obloquente. Apolloli, homi- nes abjecti, pauperes, & humiles, versantes in- ter tyrannos, & potentes sæculi maxime eos ad- versantes, ac contrariantes verbis, blasphemis factis, & edictis: isti tamen pauperes occultari non poterunt, quia eorum præclara virtus non fuit abscondi, sed in publicum, manifestumque facit prodire.

Tertio, Videbatur potius dicendum per com- parationem ad Apostolos: Non debet civitas abscondi; ac si diceret: Non debetis vos abscon- di. Sed ait: Non potest. Homines contemptibi- les, & ignoti abscondi non possunt; replende- bat in eis omnis virtus; & qui virtute conde- corantur, non permittit Deus esse in occulto, sed ordinar, ac disponit, omniam ore, ac præconiis celebrari, & extolli. Immo quàm magis iniqui virtutes caligine, ac nebula obscurari obtentant, tanto magis Deus propalat, & manifestat. Divus Chrysostomus homil. 72. in Matth. Non enim, ait, Deus non patitur vir- tutes occultari, sed om- nium ore ce- lebrari dis- ponit.